



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Ioviani Pontani. De Aspiratione Libri duo. Charon  
Dialogus. Antonius Dialogus. Activs Dialogus. Aegidius  
Dialogus. Asinvs Dialogus. De Sermone Libri Sex. Belli,  
Qvod Ferdinandvs Senior ...**

**Pontano, Giovanni Giovano**

**Venetiis, 1519**

De Ostentatione, & Simulatione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12960**

IOANNIS IOVIANI PONTANI DE

SERMONE LIBER

SECUNDVS.

De Ostentatione, & Simulatione.

Eritati autem huic quæ in sermone uersatur, cū  
uiliq; in consuetudine, atq; in hominum uite,  
illinc aduersa obſit fronte Ostentatio, ne qua-  
quam ex æquo fēq; resq; suas metiens, cum aut  
affingat ſibi maiora, quām quæ re ipſa ſint, &  
quām ingenium ferat, ac facultates, aut falſa omnino de ſe prædicet,  
aliaq; quām ſint, eaq; præclara admodum, magisq; ac magis nar-  
ratu, atq; honoratu digna, Vitium ſanè leuiſſimorum hominum, fēq;  
ipſos decipientium, idq; etiam conantium, ut alij quoq; decipientur.  
Quid enim est aliud simulare, quām ſub ueritatis ſpecie uelle decipe  
re? Hinc uero aduersatur Difſimulatio, uīq; illa ſupra uerum & lo-  
quitur, & ſe ſe effert, ſic huius eft ſtudium aut diſsimulare quæ in-  
ſunt, aut deſcere ea, in fraq; uerum eleuare, ac deprimere. Itaq; ut  
ueritati mendacium, ſic mendax aduersatur ueraci, ueraci-  
tiq; mendacitas. Sed uerax unus ipſe quidem duntaxat eft, & ſim-  
plex, mendax uero duplex. Nam ē numero mendacium alij (ut di-  
ctum eft) Ostentatores ſunt, ac Simulatores, alij Difſimulatores, de  
quibus poſt.

De Veracibus.

Nunc de Veracibus, quos nihil refert ſi V eros aliquando uocauerimus.  
tamen ſi Verax ab habitu, ac consuetudine, ſuoq; ab iſtituto ueritatem  
profittetur, eamq; ubiq; ſequitur, eſtq; moribus, ac ſermone, hoc eft fa-  
elis, dictisq; ita conſtitutus, cum tamen Verus dici quis poſſit ex aliquo  
dicto, ſententiāq; qui tamen mentiri plerunq; ſit ſolitus. In actione ig-  
tur omni, uitāq; uniuersa cum laudetur ueritas, uituperetur mendaciū.  
efficitur ut Veracitas uirtus ſit, Mendacitas uero uitium. Si quidem in  
probatur uitium, commendatur ē contrario uirtus. Nec uero ueritatis  
ſtudium in eſſe cuiq; poſteſt abſq; ſumma etiā probitate, perinde ut nec  
ſine improbitate mendacitas. Igitur qui ueraces, ijdem et uiri, & cives  
probi ſunt, ex aduerso mendaces improbi. Sanēq; non maximis tan-  
tum aut mediocribus in actionibus, inq; minus grauibus ſine ſermo-  
nibus,